

DIE XXVI. JULII.

S. ANNÆ MATRIS B. MARIÆ VIRGINIS.
TOTUM DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beátam Annam, Genitricis tuæ matrem, ad cælestis vitæ gáudia extulisti : fac nos, quæsumus, gloriósis ejus méritis ad ætérnam pertíngere beatítudinem & ex cujus salutári puerpério, pro salúte mundi, humánam natúram assúmere dignátus es : Qui vivis.

DIE XXVII. JULII.

B. AUGUSTINI DE BUGELLA CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Dómine Jesu, beáti Augustíni Confessóris tui méritis et imitatióne, ita carnis desideria per pœniténtiam exstínguere & ut in tua semper grácia et cognitióne crescámus : Qui vivis.

DIE XXVIII. JULII.

B. ANTONII AB ECCLESIA CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beátum Antónium Confessórem tuum divíno amóre inflammásti : accénde, quæsumus, eo intercedénte, in córdibus nostris ignem tuæ caritátis & ut, te dili-géntes in terris, gáudiis ætérnis perfruámur in cælis : Per.

DIE XXIX. JULII.

S. MARTHÆ VIRGINIS.

DUPLEX.

Oratio.

EXAUDI nos Deus salutáris noster : ut, sicut de beátæ Marthæ Vírginis tuæ festivitaté gaudémus & ita piæ devotiónis erudiámur afféctu : Per.